Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26136
Copyright: Admont, Benediktinerstift

nuceo protulisti florem. sic maria uirgo nata hodie. sine uiro sola dei gratia inte uata
et signata. ipsa parens. ipsa uirgo. mundi edidit saluatorem. Posses et tu o balaham
qui innumeris dei uates diceris. et auditor sermonum dei altissimi. cum umbra atque
uirga non quidem aptos habens oculos in tam coruis parit letari. quia natiuitatem
hodierni celebri. inter plaga. dudum in stella. uirga atque situla cecinisti: dicens
In numeris. N. Orietur stella ex iacob. et consurget uirga de israel. et percutiet duces moab. et
uastabit filios seth. et erit idumea possessio eius. Et iterum diceris de israel. fluet
aqua de situla eius. et semen illius erit in aquas multas. Tolletur propter agag rex israel eius.
Beda et auferetur regnum eius. Orietur autem stella ex iacob. Stella ex iacob que exoriris hodie.
Ambr. mater es altissimi. o maria stella maris sydus preximium. Et consurget uirga
de israel. Virga directionis. uirga regni. uirga uigilans super omnia uerba domini. tu es
o domini fili. qui pro nobis factus homo. nobis pastor. id est uirga extitisti tuis ouibus. Sed tu
uirga de israel consurgis. quia de maria uirgine. stella nata ex iacob. cuius
ortum hodie genuinum colimus. homo natus illuxisti omnibus. Nullus magis est israel.
quam hec mater domini. quia dominum humanatum ex se sciuit atque uidit prodire. Et percutiet
Ier. duces moab. id est rectores tenebrarum harum mundi. aereas uidelicet potestates.
Quoniam moabitis qui dicuntur sine lege prohibentur principari. quia is qui sine lege peccat.
Apls ex lege fit principes ut sine lege peccat. Demones quoque uirga hec percutiet. quia omnem
expolians principatum ut ait apostolus. moabitas id est gentiles qui sine lege peccaue-
Ieron. runt eis auferet. Et uastabit filios seth. Seth quod sonat resurrectio. iudeos ostendit
Beda. apud quos resurrexit dominus mystice designat. Cuius filii a uirga deuastantur. cum tunc per
titum et uespasianum gens et locus eis tollitur. Et certe cum iaphet dilatat dominus. id est gen-
tilem et fidelem populum ut secundum noe benedictionem habitet in tabernaculis
sem cum fide ihesu christi. quem iudeus spreuit impius. fide plenus hereditat gentilis. Beata
scilicet enim glosa uirgo maria in tabernaculis sem habitat. quia fidem incorruptam quam
Ier. contempsit perfidus iudeus (pharisevs) cunctis populis ministrat. Vnde ydumea dei est posses-
sio. quia populus olim carnalis quem ydumea loquitur a deo spiritu per mariam cuius hodie na-
Fulg. tiuitatem colimus uere possidetur. Fluet aqua de situla eius. Israhelis situla est
maria uirgo sanctissima. In quam mundus hausit dominum fontem uite. de sinu patris
per canale caritatis. demeantem et undantem ac replentem uirginem matrem altis-
simi mariam. cuius nunc natiuitate homo audet atque gaudet in superna poli
Haimo. curia. in angelica palatia. Et semen illius erit in aquas multas. Semen id est filius
marie multas aquas optinebit. quia multi populi eius fidei per marie merita